

repulsus divertit Nissiam, ubi aliquo tempore residens multos
de patria similitudine forme sue persone, qui
dictum Fredericum imperatorem viderant, ad sue decep-
cionis fidem allexit, adeo quod regium sibi obsequium
propriis sumptibus exhiberent. Et dum iam multe civi-
 tales regno affinentes in idipsum sentire inciperent, preser-
 tim propter exactiones, quibus a Rodulpho rege premebantur,
 vocatus a superiorum partium civitatibus usque Weslar
 accessit. Quo cognito idem rex Radulphus reconciliato^{e)}
 sibi dicto domino Syfrido Coloniensi archiepiscopo, cum quo
 aliquo tempore non bene concordaverat, una cum eodem
 archiepiscopo cum exercitu Weslar properavit, ubi dictus
 pseudoimperator Fredericus a civibus per regem per et
archiepiscopum petitus et eidem traditus, prout ipse
 meruit falsa deceptio, viris fuit incendio concrematus.

1285 iul.

[Eisdem temporibus in Tunicio Affuit regno per indu-
 striam Petri regis Aragonie plusquam tria milia Sarra-
cenorum sunt interfecta.^{f)} Tunc quoque temporis soldanus
Babilonie Saracenorum princeps per Tartaros ultra octo
diebus fugatus fuit, et Saracenorum circiter 50 milia
sunt occisa. Sed idem soldanus postea resumptis
viribus fugans Tartaros circa 30 milia (dicitur et eisdem occidisse.

1288 iun. 5.

Circa eadem tempora anno videlicet domini 1288 fuit
 bellum illud famosum apud Horinich in territorio Coloniensi.
 Cuius historia et narratio infra, ubi de pontificibus

^{e)} exhibent cod. d) a superiorum civitatum partibus cod. e) reconciliato cod.
^{f)} interfecta cod.